

EXERCITATIO  
PIA DE  
BEATO  
IOSEPHAT  
EPISCOPO &

Martyre.

Vitæ pset in Russia  
Anno 1627. in Odium  
Sacra Unionis à Schi-  
smaticis occiso.

VILNÆ,  
Typis PP. Basilianorum  
Vnitorum, Anno  
Domini. 1690.

*Sylvester Lazarewicz*  
*O. B. M.*

**B. I O S A P H A T** bis in caele  
die nocturnę, millies iaculabatur.

I.

**Domine I E S V C R I S T E**  
**Fili D E I,** miserere mei  
peccatoris.

2.

**Domine I E S V,** tolle  
Schisma, da Vnionem.



10154  
208686



AD MATVTINVM.

**E**ia mea labia Beati  
Laudes decantate IOSAPHATI.  
Martyr Alme in adiutorium intende,  
Nos à malis omnibus potenter de-  
fende.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui S.  
Sicut erat in principio, & nunc &  
semper, & in secula seculorum,  
Amen.

H T M N V S.

**S**ALVE PRÆSVL gloriose,  
CHRISTI miles animose,  
Quâ te laude celebrabo,  
Quâ te voce decantabo,  
Novæ decus claritatis,  
Cultor veræ pietatis,

A 2

Ruffa

Russæ gentis recens Rosa,  
Orbi toti Pretiosa,  
Mea vota fac secunda  
Mentem meritis fecunda?

### ANTIPHONA.

Hic est Sacerdos magnus, qui in  
vita sua suffulit domum, & in  
diebus suis consonavit templum.  
Ora pro nobis Beate Martyr IOSA-  
PHATE.

Vt digni efficiamur promissionibus  
CHRISTI.

### OREMVS.

**O**Mnipotens sempiterne DEVS,  
qui B. Iosaphatum palmâ Mar-  
tyrij condecorando Ecclesiæ Catho-  
licæ novum apud te intercessorem  
providisti; quæsumus, vt ejus me-  
ritis & auxilio à malis omnibus li-  
berati Tuo Nomini studiosius ser-  
uiamus.

viamus. Per Dominum nostrum  
IESVM Christum Filium Tuum, qui  
tecum vivit & regnat &c.

AD PRIMAM.

**M**artyr Alme in adiutorium in-  
tende. (fende.

Nos à malis omnibus potenter de-  
Gloria Patri & Filio, & Spiritui  
Sancto. Sicut erat &c.

HYMNVS.

**S**alve Pater Mitissime,  
Inter hostes Fortissime,  
Laudaturus tuos mores,  
Quos dicam Tibi honores,  
Plebs ad caedem cum te quatit,  
Et inventum saevè ferit,  
Orans horis matutinis  
Totus eras in Divinis,  
Sic ad sis semper clienti,  
Tuas preces exigenti.

## ANTIPHONA,

Corona aurea supra mitram ejus, ex-  
pressa signo sanctitatis & gloriâ  
honoris.

Ora pro nobis B. Martyr Iosaphate,  
Ut digni efficiamur promissionibus  
Christi.

*Oremus dicatur ut supra Oratio.*

## AD TERTIAM.

**M**artyr Alme in adjutorium in-  
tende.

Nos à malis omnibus potenter de-  
fende.

Gloria Patri, & Filio &c.

## HYMNVS,

**S**alve caput vulneratum,  
Curâ gregis fatigatum,  
Ante decorum sudore,  
Nunc fuso rubens cruore

Pro

Pro sacra sic Vaione  
Laborando Pastor bonis  
Pacem plebi plantavisti;  
Tibi mortem messuisti.  
Quæso per hunc tantum zelum,  
Ecclesie tolle bellum,

### ANTIPHONA:

Visi sunt oculis insipientium meri,  
& æstimata est afflictio exitus  
illorum, illi autem sunt in pace,  
Ora pro nobis B. Martyr Iosaph:  
Ut digni efficiamur promiss; &c.

*Oratio ut supra dicatur.*

### AD SEXTAM.

**M**artyr alme in adiutorium  
Miatende.

Nos à malis omnibus potenter de-  
fende.

Gloria Patri, & Filio, &c.

## HYMNVS.

x **S**alve Gloria Divinae  
Et claustralis disciplinae  
Inter Russos restitutor,  
Constans Unionis Tutor,  
Verè Rosa polis grata,  
Russo sanguine exata,  
Schismaticas inter spinas  
Iustas DEI placa minas.  
Quas vides oves palantes  
Ad ovile duc errantes.

## ANTIPHONA.

Dedit illi praecepta legem vitae &  
disciplinae docere Iacob testamē-  
tum suum & iudicia Israël.

Ora pro nobis B. Martyr Iosaph:  
Ut digni efficiamur &c.

*Oratio ut supra dicatur.*

## AD NONAM.

**M**artyr almae in adiutorium in-  
tende. Nos



Nos à malis omnia potenter de-  
fende.

Gloria Patri & Filio &c.

### HYMNVS.

**S**alve sydus nostræ gentis  
Lucens ignibus non lentis,  
Spei, zeli, castitatis,  
Et diversæ pietatis.  
Licet cæsum te profundis  
Schisma Dunæ mergat undis.  
Celari non potuisti,  
Orbi toti refluxisti:  
Ergo luce, nec Rufforum  
Sustine nubes errorum.

### ANTIPHONA.

Talis decebat ut nobis esset  
Pontifex, Sanctus, Innoeens, im-  
pollutus, segregatus à peccatoribus,  
& excelsior cælis factus.

As

Ora

Ora pro nobis B. Martyr &c.  
Ut digni efficiamur &c.

*Oratio ut supra dicatur?*

AD VESPERAS.

**M**artyr Alme in adiutorium in-  
tende.

Nos à malis omnibus potenter de-  
fende.

Gloria Patri & Filio &c.

*H Y M N U S,*

**S**alve Ruffiæ Patrone,  
Irae DEI modum pecc;  
Gregis tui miserere,  
Hunc defende, hunc tueri;  
Sis ( vt soles ) cæcis Lumen,  
Pes claudis, cunctis columen,  
Auge nobis Sacra Dona,  
Mala pelle, confer bona,  
Sis laus nostra, sis solamen,  
Et Patriæ sis iuvamen,

ANTI

## ANTIPHONA.

Hic est firmamentum gentis, Re-  
ctor fratrum, Stabilimentum po-  
puli, & ossa ipsius visitata sunt, &  
post mortem prophetaverunt.

Ora pro nobis B. Martyr &c.

Vt digni efficiamur &c.

*Oratio dicatur ut supra.*

## AD COMPLETORIVM.

**C**ONVERTAT nos Martyr Alme  
Iosaphat tuis precibus placatus  
IESVS CHRISTUS Filius DEI.

Et divertat iram suam à nobis.

Martyr Alme in adiutorium in-  
tende. (fende.

Nos à malis omnibus potenter de-

Gloria Patri, & filio, & Spiritui  
Sancto,

Sicut erat in principio, & nunc, &  
semper, & in sæcula sæculorum,

Amen.

HYM.

## HYMNVS.

x **S**alve Iosaphat Beate,  
Divinitus nobis date.  
Salve pacis ô legatē  
Pacis odio necate.  
A lupis semper illæse,  
Ab ovibus Pastor cæse.  
Ovi parce, lupos pelle,  
Schisma cordibus evelle,  
Omnes sub vno Pastore,  
Vno Deum laudent ore.

## ANTIPHONA. B

Dilectus DEO, & hominibus,  
cujus memoria in benedictione est.  
Similem illum fecit Dominus in  
Gloria Sanctorum.

Ora pro nobis Beate Martyr  
Iosaphate.

Vt digni efficiamur promissioni-  
bus CHRISTI.

Ore.

Oremus.

**O**Mnipotens sempiternæ DEVS,  
qui B. Iosaphatum palinâ  
Martyrij condecorando Ecclesiæ Ca-  
tholicæ novum apud te intercessorẽ  
providisti: quæsumus, vt ejus mētis & au-  
xilium à malis omnibus liberati Tuo  
Nomini studiosius seruiamus. Per  
Dominum nostrum IESVM CHri-  
stum Filium Tuum, qui tecum vivit  
& regnat in unitate Spiritûs S. Deus,  
per omnia sæcula sæculorum Amen.



COMMENDATIO.

**P**Reces Tibi consecratas  
Fac ô Præsul DEO gratas,  
Effice quem nunc laudamus,  
Vt in cælis videamus,  
Impetra nos frui bonis  
Aviternæ Regionis.



COM-



COMPENDIUM

VITÆ

BEATI MARTYRIS.

**B**Eatus Iosaphatus Kuncewicz  
Martyr, natus est Anno 1584.  
Wolodimirie, ubi puer admodum  
scintillâ è Crucifixi Christi ima-  
gine ad pectus ejus delapsa ad futu-  
ram sanctitatem initiatus est. In-  
veniles annos egressus, Vilna habitû  
et disciplinam Religiosam Ordinis  
S. Basilij Magni ad Ædem. SS.  
Trinitatis, quam Vniti obtinebant,  
suscepit. Deinde Sanctæ memoriæ  
Velamino Rucki, se conjunxit, et  
cum illo plurimum in instaurazione  
Ord: S. Basilij et Russis ad unio-  
nem cum S. Rom: Ecclesiâ reve-  
candis.

candis, laboravit; sui contemptor  
atq; afflictor mirus: alienae salutis  
Diviniq; honoris indefessus zelator,  
Schismaticorum & Hereticorum  
ita fortunatus ad Ecclesiam ag-  
gregator, ut ab ijs vulgò nunciaba-  
retur Raptor animarum. Primum,  
Archimandrita Vilnen: deinde Ar-  
chiepiscopus Polocensis; post multos  
labores, & pericula suscepta vitam  
denique pro Sacra Unione posuit  
Vitepsci (in Civitate suae Dioecesis)  
anno 1623. cum noctu orationi in  
terra procumbens vacaret, à plebe  
Schismatica summo mane inuasus,  
crudeliter trucidatus, & in fluvio  
Duna submersus: Unde Corpus ejus  
extractum Polociae in Cathedrali  
Ecclesia sepultum est, in vita virtu-  
tibus clarus; post mortem mira-  
culis à Deo illustratus, ab Urbano  
VIII.

VIII. anno 1642. die 14. Decembr.  
Beatorum Martyrum catalogo an-  
numeratus est. Festum ejus colitur  
12. Nouembris, quo die ex conces-  
sione Summi Pontificis etiam Ritus  
Romani Sacerdotes intra Metropo-  
lim Russiæ degentes possunt di-  
cere Officiam & Missam de Com-  
muni Vnius Martyris Pontificis  
juxt. Rubricas Roman.

Nunc verò concessione felicitis Re-  
cord. Innocentij XI. Summi Pon-  
tificis per totã Poloniam, Lithua-  
niam ac Russiam die 26. Septem-  
bris, festum eius celebratur.



LIT A-



\*\*\*\*\*

# LITANIÆ

A M O R I S.

*Dulcissimi IESV amoris nostri.*

**K** yrie eleison. **C**hriste eleison  
Christe audi nos. **C**hriste exau-  
di nos.

**P**ater de cœlis Deus, miserere nobis.

**F**ili Redemptor mundi Deus, misere:

**S**piritus Sancte Deus, miserere nobis.

**S**ancta Trinitas vnus Deus, mise:

**D**ulciss: Iesv in amēse fons amoris,

**D**ulcissime Iesv, amantium vita

**D**ulcissime Iesv indeficiens Amor,

**D**ulcissime Iesv, Auctor & infusor

amoris,

**D**ulcissime Iesv, qui non potes nō

amari,

**D**ulcissime Iesv, amantium Rex,

**D**ulcissime Iesv, Dux amantium,

Dulcis-

*Da ut amēre & amem super Omnia*

Dulciss: Iesv, Plenitudo amoris,  
 Dulcissime Iesv, qui omne amo- Da  
 rem superas,  
 Duleissime Iesv, causa finalis & ut  
 efficiens Amoris,  
 Dulcissime Iesv, Amator fortis,  
 Dulcissime Iesv, Langventes animas  
 amore reficiens, amem  
 Dulcissime IESV, Amicos tuos  
 vivificans amore, te  
 Dulcissime Iesv, amantiũ Robur,  
 Fortitudo, Firmamentum, & amem  
 Dulcissimo Iesv, Amor, cujus pax  
 exuperat omnem sensum,  
 Dulcissime Iesv, amantium Porto  
 Dulc: Iesv, Amator vigilantissime  
 Duleissime Iesv, Amantium Cu- super omnia  
 stos & Conservator,  
 Dulcissime Iesv, Amantium Re-  
 ctor & Governator,  
 Dulcissime Iesv, qui omnes perfici-  
 entes amantes, Dulc:

Dulc: Iesv, amantiũ liberalissime,  
Dulcissime Iesv, semper amabilis,  
Dulcissime Iesv, Pulchræ dilectio-  
nis ordinator,

Dulcissimæ Iesv, Amator æternæ,  
Dulcissime Iesv, Amator increate,  
Dulc: Iesv, casti amoris conditor,  
Dulc: I. ignis amoris consumens,  
Dulcissime Iesv, amor violente,  
Dulcissime Iesv, incendium veræ  
dilectionis,

Dulc: Iesv, Virtus & vigor amantiũ,  
Dulcissime Iesv, amantiũ Gloria,  
Dulcissime Iesv, amoris merces,  
Dulcissime Iesv, Sol amoris,  
Dulcissime Iesv, amor incarnate,  
Dulcissime Iesv, amoris Sponse,  
Dulcissime Iesv, amor spialis coro-  
nate,

Dulcissime Iesv, amor crucifixe,  
Dulcissime Iesv, amoris victima.

O Amoris

De  
vi  
amen te & amen  
Super  
ornis.

○ Amoris victima! A primo  
instanti Incarnationis tuæ, omni  
hora omni momento vitæ tuæ, A-  
moris victima; Omni momento  
acerbissimæ passionis tuæ & præ-  
sertim in Cruce, sed maximè in  
illa hora, quando nobilissima ani-  
ma tua egressa est de benedicto  
Corpore tuo, ex infiniti amoris  
excessu & immensis doloribus. ○  
amoris victima.

Dulcissime Iesv, Abyssus amorum,  
pulchritudinum, & deliciarum  
omnium,

Dulcissime Iesv, Rex gloriæ, VER-  
BUM Patris, sapientia increa-  
ta, Beatitudo, felicitas, Vita,  
Virtus, Voluptas, Gaudium,  
Corona, & Amor sanctorum  
omnium, Cordis mei Amor, Vi-  
tæ desiderium & omne bonum.

Dulce

Da  
ut  
amen  
te  
&  
amen  
super  
omnia.

Dulcissime Iesv, vt amemus te suavi-  
ter, & prudenter; Te rogamus  
audi nos.

Dulcissime I E S V, vt in amore tuo  
simus fervidi, circumspecti & in-  
victi; Te rogamus audi nos.

Dulcissime I E S V, ut diligamus te  
non solum lingvâ sed opere & ve-  
ritate; Te rogamus audi nos.

Agnus DEI, qui tollis peccata mun-  
di, per dilectionem tuam, Parce  
nobis Domine.

Agnus DEI, qui tollis peccata mun-  
di, per amorem tuum, exaudi nos  
Domine.

Agnus DEI, qui tollis peccata mun-  
di, per nimiam charitatem tuam  
Miserere nobis.

### O R E M V S.

**A** Mantissime Domine I E S V,  
Christe, qui non potes non  
amari,

amari, per violentiam Dulcissimi  
amoris tui compelle rebellem animam  
meam ad te amandum, ut tibi serviā,  
tibi placeam, te super omnia diligā,  
tua praecepta, tua consilia adimpleā,  
et amori tuo immoriar, qui amore  
amoris mei dignatus es mori, Qui  
vivis & regnas amor meus cum Pa-  
tre & Spiritu S. in amore sempi-  
terno, Amen.

Dulcissime I E S V, amantium vita, &  
amoris Victimā, Abyssus amorū pul-  
chritudinum & deliciarum omnium  
Cum Patre, & Spiritu S. Amo te &  
āo super omnia. O quando erit illud  
quando? Ut videam, amem, laudē,  
adorem te, in essentiali tua gloria  
omnes beans. O quando erit  
illud quando!

*Ex Libris*  *P. Sylvestri*  
*Lazarewicz* *O.S.B.M.*

In Natali unius martyris.

Hymnus.

Deus tuorum militum  
Sors, & corona, præmium,  
Laudes canentes martyris  
Absolve nexu criminis.  
Hic nempe mundi gaudis,  
Et blandimenta noxia  
Caduca ritè deputans,  
Peruenit ad cœlestia,  
Pœnas cucurrit fortiter,  
Et sustulit viriliter,  
Pro te effundens sanguinem,  
Aeterna dona possidet,  
Ob hoc precatu supplicii  
Te poscimus pijsissime.  
In hoc triumpho martyris,  
Dimitte noxam scvulis.

Laus

Laus & perennis gloria  
Deo Patri, & Filio,  
Sancto simul Paraclitico  
In sempiterna secula Amen.

## ANTIPHONA

Iste sanctus pro lege Dei sus-  
certavit usque ad mortem, & à ver-  
bis impiorum non timuit: fundatus  
enim erat supra firmam petram.

V. Gloria & honore coronasti  
eum Domine

R. Et constituisti eum super oper-  
manuum tuarum.

### Oratio.

Deus, qui nos beati IOSAPHAT  
martyris tui atque Pontificis, annua  
solemnitate lætificas: concede pro-  
pitiis: ut cujus natalicia colimus, de  
ejusdem etiam protectione gaude-  
amus. Per Dominum.

Inc. No. 208686



Reimpinatas

Carolus Karp J. V. D.  
Canon Cathedralis et Officiarius Sacerdos  
Vilnensis

